

Petrus de Vinea

*Ep. V 53 (Cum pro quibusdam
maiestatis nostrae...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 53 (Cum pro quibusdam
maiestatis nostrae...)*

1241?-1250

Capitaneo, ut quasdam suas litteras mittat ad alias partes.

1. Cum pro quibusdam maiestatis nostrae seruitiis quinque paria litterarum nostrarum quibusdam Ianuensibus Saonae commorantibus, nostris fidelibus, transmittamus, et easdem ad te per tuum nuntium deferendas, eisdem Ianuensibus destinemus, tuae deuotioni mandantes precipimus, quatenus statim, receptis presentibus, prefatas litteras eisdem fidelibus nostris per uelocem et ydoneum nuntium tuum transmittere non obmittas. Taliter cum effectum procurans, quod eaedem litterae ad manus ipsorum perueniant, qualibet mora et occasione semotis.